Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1227

Quelle:
Copyright:

tino Suus Johannes (a Launha) *vocatus lemoracen.* (Lemovicenſis) *bonum certamen certare curſum feliciter conſummare. Rex uirtutum congreſſurus ad prelium* &c. Epiſtolae ſunt numero XX. ingenii exercendi cauſſa conſcriptae inter *Pharaonem* Regem *Aegypti*, ejus Miniſtros, *Joſeph Hebraeum*, et hujus inimicos, quas apud Judaeum *Nicolsburgi* in *Moravia* repertas primus edidit *J. Cph. Wagenſeilius* ad calcem Epiſtolae *de Hydraſpide Altorf.* 1690. 4. et ex eo *J. Alb. Fabricius* T. I. *Cod. Pſeudepigr. V. T.* p. 441. Cum vero in hoc exemplari deficerent Clauſula *Ep.* XVIII. et integra XIX. et XX. *Epiſtola*, idem *Fabricius Bibl. med. et inf. Lat.* L. IX. e Cod. Bibl. *Upſal.* ea ſupplevit. Sec. XIII. conſcriptas eſſe *Theobaldi* I. aetas docet, qui tamen non, ut *Fabricius* habet, anno 1216. ſed anno demum 1253. diem clauſit. Si operae pretium foret, varia noſtro e *Cod.* reſtitui poſſent. Ita *Ep.* I. pro *cuſinum* non bene ariolatur Fabricius *callidum*, ſed legendum eſt *chuſinum conſilium* ſcil. *Achitopheli* oppoſitum. Pro *xenium* malo *encinium*, quaſi dicas, *primitias* (κοινον) vel donum, Gallis *les Etrennes*. *Ep.* II. pro *ſeptemplicis prophetie* lege *philoſophie*, pro *lumen in ſignis implicate* melius *lumen ſignificationis implicite* &c.

VI. *fol.* 54. Kalendarium rhythmicum cum Praefatione, cujus haec conſtructio:

Finito legis n } *ubilo* { *figura quieſc* } *ente*
Reſpiret mens in i } { *cor iubilet in m* }

Commendata pluribus excellentia Legis novae prae veteri et invocato Deo ſic concluditur:

Preterea laud } *abilem* { *te deprecor reyn* } *ardum*
Flagrantis odor } { *theologie n* }
Vt infra ſcriptis app } *lices* { *correctionis li* } *mam*
Et corrigendo rep } { *obliquitatis ri* }
Frons huius kalend } *arij* { *finalis limes m* } *embri*
Eſt caput janua } { *Et cauda in dec* }
Et mediis ſub fid } *ibus* { *laus chriſti acti* } *onis*
Extollitur in yd } { *kalendis atque n* }

Menſium porro *Tabulae* ita concinnatae ſunt, ut in *laterculis* dextris chronologia, in ſiniſtris Citationes *Evangeliorum* in Eccleſia legi ſolitorum decurrant, medium vero eorum *Synopſis* eodem operoſiſſimo metro rhythmico conſtructa occupet. Cuivis praeterea Menſi Verſus bini Faſtorum inſtar praemittuntur. En *Januarii* initium.

Factorem